

**C**a. xxvii. de cetera arte mechanica vicz de  
 nauigatoria et artibus ei subalternatis. et de  
 utilitate et laudibus eorum. Demum de labori-  
 bus. miseris et periculis queas comitantur.

**N**auigatoria siquidem tertio loco me-  
 chanicis artibus subalternatur. que  
 eadem cum mercatura videtur. quedam  
 tamen singularia tam utilia quam inutilia. tam dul-  
 cia quam amara habere dimoscit. Illius autem  
 necessitas et utilitas ex eo patet. quoniam sine  
 illa tota pene hominum societas. tota conuersatio  
 periret. et cum nulla prouidentia aut ciuitas sola sibi  
 sufficiat veluti ad quam omnia vite necessaria  
 et utilia. per nauigantium suffragia facilius  
 et apcius res omnes deferuntur. Habetque certe  
 altera ab altera quod ei deest. ministratque quod  
 superfluit. Demum omnes fere insule periret  
 aut depopulate essent nisi per nauigationes  
 aditus ad eas haberetur. Adde quia secundum  
 Aristotelem in politica necessarium est regno  
 aut ciuitati bene ordinate promptam habere  
 nauigationem si volunt esse liberi. Nam per na-  
 uigationem sunt abiles et pati ad lacessendas  
 et expulsandas iniurias piratarum et latrunculorum  
 Nauigantes denique multa generi humano uti-  
 lia afferunt industrie et sagacitatis. sciunt enim